Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 56

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 117.

Cod. LV.

1.
4.19.

Chartac. Fol. min. Soc. 15.

Laur. Valla libb VI. de Eleg. Lat. Lingua.

Laurentii Vallæ Libb. VI. de Elegantia Lat. Lingua. Idem liber ac præcedens; elenchus autem materiarum alphabeticus in fine locatus.

Cod. LVI.

1.
4.20.

Chartac. Fol. Soc. 15.

Cl. Ptolemæi Cosmographia libri VIII.

Cl. Ptolemæi Cosmographiæ libri VIII. e græco in latinum a Jac. Angelo translata. Præfatio Jac. Angeli Epistola ad Alexandrum V. dedicatoria, quo incipit: "Ad tempora Claudij "ptolomei viri alexandrini cogitanti mihi illud "occurrit" eli. In ea se translatorem hujus operis fatetur, et usum nominis Cosmographiæ in locum Geographiæ defendit. Sequitur Elenchus capitum libri primi; dum ipsum opus, cujus initium hoc: "Cosmographia designatrix "imitatio est totius cogniti orbis." In fine additum: "Claudii Ptolomei viri alexandrini Cosmo. "graphiæ octavus et ultimus liber explicit feli. "citer; Wiennæ Scriptus Constans de manu "Scriptoris" postea deleta sunt.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 56

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 118.

Heilbroner in Hist. Mathes. pag. 301. ait, Joan. Regiomontanum noram Ptolemæi Cosmographiæ adornasse traductionem," nam vetula ista Jacobi " Angeli Florentini, quæ vulgo habetur, vitiosa " est; interprete ipso s. bona venia dictum fuerit, " neque lingua græca satis, neque notitiam Ma " thematica tenente. Qua in re sumis arbitris " fidem haberi fas erit, Theodoro Gaza, clarissi " mo viro, ac græce latineque doctissimo, " et Paulo Florentino, græcarum quidem haud " ignaro, in Mathematicis autem plurimum " excellenti". Quibus pag. 306. nota t) subjungit: " Nominatus Jacobus Angelus primus Ptolemæi " Cosmographiam latine vertit ao 1400. cum " autem multos invenerit errores Regiomontanus " novam condidit translationem, quæ vero lucem " publicam non vidit; scriptum autem, in quo " Angeli errores annotavit, Argentorati A. 1525. " prodiit". Versionem Jac. Angeli Ms. Venetiis in Bibl. S. Antonii evolvit Mabillonius T. I Musei italici p. 37.

De Ptolemæo vid supra Cod. XXXII.

Jac. Angelus. Jacobus Angelus Florentinus e Scarparia valle Mugellana oppido, cujus vitam dedit Laurent. Mehus in Sylloge Epistolarum Leonardi Dati, floruit circa initium Sæc. XV.

Not. In Antiquitatibus typograph. quæ adfer. vantur in Bibl. Monast. Seitenst. p. 239. ad. ducitur hujus Cosmographiæ editio admodum rara s. Ulmæ per Leonard. Hol, 1482. Fol. : cum Epist. Donisii Nicol. Germanni ad Paulum II., eidemque Donisio versio latina adscribitur, sed perperam; eadem enim omnino est cum nostra ms. adeoque Jacobi Angeli, qui Donisium dimidio præ " cessit sæculo.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 56

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1749

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)